1511.

Sigism: 1. Rex Poloniæ Stan:
de Chodecz Mareschalco Rni Ca=
pñeo Leopolien:

160

Quod Selimbegk à Patre profligatus est, gratum esse hunc Nobis nuncium. Nos contra Sinceritati Tuæ novum molestum et formidandum significamus de Tartaris. Hortati sumus tuam Sinceritatem, ut provideret Securitati hominum Capneatus Sui, et ut cum Mgio Palatino Russiæ, si Palatinus Cracovien: Campiductor gnlis Rni adhuc adversa valetudine conflictaretur, homines tertiæ Partis expeditionis bellicæ ad Leopolim pro Die Sancti Lamperti comparituros congregaret, et in ordinem bonum redigeret. Significavit Namque Nobis Filius Imperatoris Præcopensis is, qui venturus ad Nos erat, consilium, ac mentem Fratris Sui Achmat Kyrey Soltani hoc esse, ut Rnum potiùs Nrum invadat, quàm Valachum, quod suspicetur se sine periculo exire ex Valachia non posse, præcipuè, si fuerit frustratus auxilio Selimbeki. Considerandum est itaquè, quanti existimemur ab hoc hoste propter Nostram desidiam et inhabilitatem ad Nos defendendum. Utcunque est Tua Sinceritas det operam, quantò potest majorem habendo intelligentiam cum alijs Consiliarijs Rni sibi propinquis, quomodo isthic homines et Arces à periculo servetis, ubi ad resistendum pares, aut apti esse non possetis. Datum &c.

Tartarica